

LIVRE TREIZIÈME.

ARGUMENT. — I. Les armes d'Achille réclamées par Ajax et Ulysse; métamorphose d'Ajax en hyacinthe. —

II. Mort de Polyxène; métamorphose d'Hécube en chienne. — III. De Memnon en Memnonides. — IV. Fuite d'Énée; métamorphose des filles d'Anius en colombes. — V. Mort de Galatée et d'Acis; métamorphose de Glaucus en dieu marin.

I. Les chefs étaient assis, et la foule se tenait debout autour d'eux. Le héros au bouclier recouvert de sept peaux, Ajax se lève, frémissant de colère; il jette sur le rivage de Sigée, sur la flotte, un sombre regard, et, les mains levées vers le ciel: « O Jupiter, s'écrie-t-il, c'est à la vue des vaisseaux que le débat s'agite, et c'est Ulysse qui se compare à moi! Mais il a fui lâchement devant les feux d'Hector, et moi je les ai bravés, je les ai repoussés loin de cette flotte! Mieux vaut donc combattre avec de belles paroles que le fer en main? pour moi, je parle comme Ulysse agit, peu et mal: ma force est dans mon bras, au milieu de la mêlée, et la sienne est dans sa langue. Je n'ai pas besoin, je pense, de vous rappeler ce que j'ai fait, vous l'avez vu; c'est à Ulysse de vous raconter ses exploits, exploits sans témoins, et dont la nuit seule a le secret. Le prix que je demande est grand sans doute, mais un tel adversaire le ravale; quelle gloire

I. Consedere duces, et, vulgi stante corona,
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Ajax.
Utque erat impatiens iræ, Sigæia torvo
Litora respexit, classemque in litore, vultu
Intendensque manus, « Agimus, prohi Jupiter! inquit,
Ante rates causam; et mecum confertur Ulixes!
At non Hectoreis dubitavit cedere flammis,
Quas ego sustinui, quas hac a classe fugavi.
Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quam pugnare manu? sed nec mihi dicere promptum,
Nec facere est isti: quantumque ego Marte feroci
Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
Esse reor; vidistis enim: sua narret Ulixes,
Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
Præmia magna peti fateor: sed demit honorem

pour Ajax de l'obtenir, si beau qu'il soit, quand Ulysse a osé y prétendre! Pour lui, la lutte elle-même est déjà un honneur; et, après sa défaite, on dira qu'il avait Ajax pour rival.

« Et d'ailleurs, si l'on pouvait mettre en question mon courage, j'aurais encore le droit de la naissance: moi, fils de Télamon, qui détruisit avec Hercule les murs de Troie, et osa pénétrer sur le vaisseau des Argonautes jusqu'aux rivages de Colchos; moi, petit-fils d'Éaque, qui juge les ombres silencieuses dans les enfers, où Sisyphe gémit sous le poids de son rocher. Éaque est le fils de Jupiter; Jupiter est ainsi le bisaïeul d'Ajax. Mais je ne parlerais pas ici de cette série d'aïeux, si elle ne m'était commune avec Achille: mon père et le sien étaient frères; c'est comme son héritier que je demande ses armes. De quel droit le digne descendant de Sisyphe (1), comme lui perfide et lâche, viendrait-il mêler aux noms

Æmulus: Ajaci non est tenuisse superbum,
Sit licet hoc ingens, quidquid speravit Ulixes.
Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus,
Quo quum victus erit, mecum certasse feretur.
Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem, Telamone creatus,
Mœnia qui forti Trojana sub Hercule cepit,
Litoraque intravit Pagasæa Colcha carina.
Æacus huic pater est, qui jura silentibus illic
Reddit, ubi Æoliden saxum grave Sisyphon urget.
Æacon agnoscit summus, prolemque fatetur
Jupiter esse suam: sic ab Jove tertius Ajax.
Nec tamen hæc series in causa prosit, Achivi,
Si mihi cum magno non est communis Achille.
Fratræ erat; fraternæ peto: quid sanguine cretus
Sisyphio, furtisque, et fraude simillimus illi,

des Éacides les noms d'une race étrangère?

« Est-ce pour avoir pris les armes le premier, de mon propre mouvement, que l'on me refuserait les armes d'Achille? Doit-on me préférer celui qui les a prises le dernier, qui a joué la démence pour se soustraire à nos périls? Plus adroit encore, mais moins jaloux de sa sûreté, Palamède découvrit la fourberie du lâche, et le traîna tout tremblant au combat. Et maintenant il toucherait aux armes d'un héros, celui qui n'osait toucher une épée! et je serais dédaigné, frustré dans mon droit, moi qui me suis le premier offert au danger! Plût aux dieux que sa folie eût été réelle ou mieux jouée, qu'il ne fût jamais venu sous les murs de Troie, cet artisan de crimes! Philoctète, nous ne t'aurions pas abandonné dans Lemnos: là, dit-on, caché dans un antre sauvage, tu émeus les rochers de tes plaintes; tu appelles sur Ulysse le châtement qu'il mérite; et s'il y a des dieux, tu ne l'appelleras pas en vain. Quoi! un des chefs de la Grèce, lié par les mêmes serments que nous, l'héritier des flèches d'Hercule, rongé par la maladie et par la faim, misérablement vêtu, et nourri du produit de sa chasse, fait en ce moment la guerre à des oiseaux avec les flèches qui doivent être fatales à Ilion! mais il vit, parce qu'il est resté loin d'Ulysse. Malheureux Palamède, que ne t'avions-nous aussi abandonné! Tu vivrais, ou

du moins tu ne serais pas mort innocent et cru coupable; ce lâche n'avait que trop bien gardé le souvenir de sa fourberie déjouée: il fit de Palamède un traître; ce crime imaginaire, il le prouva; et la preuve était l'or qu'il avait lui-même eu soin d'enfouir. Ainsi, par l'exil ou par la mort, il a soustrait à la Grèce deux de ses plus fermes appuis: voilà les combats d'Ulysse; voilà comment il se fait craindre.

« Il peut être plus éloquent que Nestor lui-même; mais ses belles paroles ne me feront jamais croire que ce n'est pas un crime d'avoir abandonné Nestor comme il l'a fait. Arrêté par la blessure de son cheval, et par le poids des années, le vieillard implorait Ulysse, et le traître prit la fuite: si je mens, Diomède le sait. C'est lui qui retint de force, en le traitant de lâche, son ami éperdu, sourd à la voix qui le rappelait. Mais les dieux sont justes: à son tour le lâche est en péril; comme il avait délaissé un ami, on pouvait le délaisser: il s'était condamné lui-même. Mais il nous appelait à grands cris: j'arrive, et je le vois étendu par terre, pâle de peur, éperdu, tremblant devant la mort: je lui fis un rempart de mon bouclier; et, la gloire en est petite, je sauvai la vie d'un poltron. Tu veux lutter contre moi; eh bien! retournons à la même place, avec les Troyens autour de nous, avec ta blessure et ta lâcheté; cache-toi derrière mon bouclier; et là, ose

Inserit Æacidis alienæ nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloque sub indice veni,
Arma neganda mihi! potiorque videbitur ille,
Ultima qui cepit, detrectavitque furore
Militiam ficto: donec sollertior isto,
Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitataque traxit in arma?
Optima nunc sumat, qui sumere noluit ulla:
Nos inhonorati, et donis patruelibus orbi,
Obtulimus qui nos ad prima pericula, simus.
Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus esset.
Nec comes hic Phrygiæ unquam venisset ad arces
Hortator scelerum! non te, Pœantia proles,
Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet;
Qui nunc, ut memorant, silvestribus abditus antris,
Saxa moves gemitu, Laertiadaque precaris
Quæ meruit: quæ, si Di sunt, non vana preceris.
Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,
Heu! pars una ducum, quo successore sagitta
Herculis utuntur, fractus morboque fameque,
Velaturque, aliturque avibus; volucresque petendo
Debita Trojanis exercet spicula fati:
Ille tamen vivit, quia non comitavit Ulixen.

Mallet et infelix Palamedes esse relictus!
Viveret, aut certe letum sine crimine haberet:
Quem male convicti nimium memor iste furoris
Prodere rem danaam finxit; fictumque probavit
Crimen; et ostendit, quod jam præfoderat, aurum.
Ergo aut exilio vires subduxit Achivis,
Aut nece: sic pugnat, sic est metuendus Ulixes.
Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat,
Haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen
Esse rear nullum; qui, quum imploraret Ulixen
Vulnere tardus equi, fessusque senilibus annis,
Proditus a socio est: non hæc mihi crimina fingi,
Scit bene Tydides; qui nomine sæpe vocatum
Corripuit; trepidoque fugam exprobravit amico.
Adspiciunt oculis Superi mortalia justis.
En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,
Sic linquendus erat; legem sibi dixerat ipse.
Conclamat socios: adsum, videoque trementem
Pallentemque metu, ac trepidantem morte futura.
Opposui molem clypei; texique jacentem;
Servavique animam, minimum est hoc laudis, inertem.
Si perstas certare, locum redeamus in illum: 77
Redde hostem, vulnusque tuum, solitumque timorem;

encore me disputer le prix. Quand je l'eus tiré de la mêlée, sa blessure, qui ne lui avait pas laissé la force de rester debout en présence de l'ennemi, ne l'empêcha pas alors de courir. Hector s'élança, les dieux le suivent; devant lui les braves eux-mêmes reculent comme Ulysse; couvert de sang, enivré de carnage, la terreur l'environne: seul, j'attends de pied ferme, et, d'une pierre énorme que je lui lance, je l'étends sur la poussière. Seul, quand il vint demander un rival digne de lui, seul je soutins la lutte; vous n'aviez pas vainement appelé mon nom: et rappelez-vous l'issue du combat; Ajax n'est pas resté au-dessous d'Hector. Quand Jupiter lançait sur nos vaisseaux les Troyens, le fer et la flamme, où était-il, Ulysse, le beau parleur? Comme moi, faisait-il un rempart de son corps aux mille vaisseaux, espoir de votre retour? Pour tant de vaisseaux, je demande ces armes; et certes vous leur ferez plus d'honneur qu'à moi-même: leur gloire est liée à celle d'Ajax; elles ont besoin de lui, et il n'a pas besoin d'elles.

« Comparons maintenant les hauts faits du roi d'Ithaque: qu'il nous parle de Rhésus, du lâche Dolon, d'Helénus, enlevé avec la statue de Pallas: rien à la face du soleil, rien sans le secours de Diomède. Si jamais vous donnez les armes d'Achille à des titres si honteux, faites-en deux parts, et à Diomède la meilleure.

Post clypeumque late: et mecum contende sub illo.
At postquam eripui, cui standi vulnera vires
Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adest, secumque Deos in prœlia ducit;
Quaque ruit, non tu tantum terreris, Ulixè;
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris!
Hunc ego sanguineæ successu cœdis ovantem
Cominus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, unus
Sustinui: sortemque meam vovistis, Achivi;
Et vestræ valuere preces: si quæritis hujus
Fortunam pugnae; non sum superatus ab illo.
Ecce ferunt Troes ferrumque, ignemque, Jovemque
In danaas classes: ubi nunc facundus Ulixes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem vestri reditus: date tot pro navibus arma.
Quod si vera licet mihi dicere, quæritur istis,
Quam mihi, major honos: conjunctaque gloria nostra est;
Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemque Dolona,
Priamidenque Helenum raptam cum Pallade captum.
Luce nihil gestum, nihil est Diomede remoto.
Si semel ista datis meritis tam vilibus arma,
Dividite: et pars sit major Diomedis in illis.

Ulysse en a-t-il besoin? C'est la nuit, et sans armes qu'il agit; c'est par la ruse qu'il détruit un ennemi sans défense. Ce casque éblouissant ferait découvrir ses pièges et le trahirait dans les ténèbres où il se cache: son front plierait sous le faix; la forte et lourde lance du héros ne peut convenir à des bras débiles, ni son vaste bouclier, sur lequel l'univers est représenté, à la main d'un poltron et d'un fourbe. Mais, malheureux, ces armes causeraient ta perte, et tu les demandes! Si l'aveuglement des Grecs te les donnait, loin d'effrayer l'ennemi, elles ne seraient plus pour lui qu'un appât; et dans une déroute, où tu sais vaincre tout le monde à la course, tu ne pourrais fuir assez vite en traînant cette lourde masse. Va, ton bouclier est encore neuf; on ne l'a pas vu souvent dans la mêlée; le mien, criblé de coups, percé à jour, a besoin d'un successeur. Mais à quoi bon tant de paroles? Voyez-nous faire: jetez au milieu des Troyens les armes du héros; c'est là qu'il faut aller les prendre; elles seront à celui qui les rapportera.

Ajax se tait, et ses dernières paroles sont suivies dans la foule d'une courte agitation. Mais Ulysse va répondre; il est debout, les yeux modestement baissés vers la terre; enfin il relève son regard vers les juges; tout le monde prête l'oreille et attend; il commence, et la grâce embellit son éloquente parole.

Quo tamen hæc Ithaco, qui clam, qui semper inermis
Rem gerit; et furtis incautum decipit hostem?
Ipse nitor galeæ, claro radiantis ab auro,
Insidias prodet, manifestabitque latentem.
Sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex
Pondera tanta feret: nec non onerosa gravisque
Pelias esse potest imbellibus hasta lacertis.
Nec clypeus, vasti cœlatus imagine mundi,
Conveniet limidæ, nataque ad furta sinistrae.
Debilitatum quid te petis, improbe, munus?
Quod tibi si populi donaverit error Achivi,
Cur spolieris erit, non cur metuaris ab hoste:
Et fuga, qua sola cunctos, timidissime, vincis,
Tarda futura tibi est, gestamina tanta trahenti.
Adde, quod iste tuus, tam raro prælia passus,
Integer est clypeus: nostro, qui tela ferendo
Mille patet plagis, novus est successor habendus.
Denique, quid verbis opus est? spectemur agendo:
Arma viri fortis medios mittantur in hostes;
Inde jubete peti, et referentem ornate relatis.
Finierat Telamone satus, vulgique secutum
Ultima murmur erat: donec Laertius heros
Adstitit, atque oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceres, expectatoque resolvit

« O Grecs, si le ciel avait exaucé vos prières et les miennes, ce grand débat n'aurait pas lieu: tu vivrais, Achille, tu garderais tes armes et nous t'aurions encore avec nous! Mais puisque les destins jaloux nous l'ont ravi (et il feignait d'essuyer une larme), le légitime héritier d'Achille n'est-il pas celui qui a donné Achille aux Grecs? Ne faites pas à Ajax un mérite d'être d'un esprit aussi grossier qu'il le parait; ne me faites pas un tort du génie inventif qui vous a toujours été si utile; ne me reprochez pas le talent que je puis avoir pour la parole, s'il me sert aujourd'hui, après vous avoir si souvent servi. Pourquoi chaque homme renoncerait-il à ses avantages? Mais la naissance, les aïeux, tous ces avantages du hasard sont-ils vraiment les nôtres? Ajax s'est vanté de descendre de Jupiter, mais Jupiter est aussi un de mes aïeux, et il l'est au même degré: Laërte est fils d'Arcésius, Arcésius l'est de Jupiter, et ces noms ne rappellent ni crime, ni exil. Par ma mère (2), le dieu de Cyllène ajoute encore à l'éclat de ma race: des deux côtés, le sang d'un dieu coule dans mes veines. Mais ce n'est pas pour un avantage de naissance, et parce que mon père n'a pas tué son frère, que je réclame les armes d'Achille; voyez mes véritables titres, et jugez. Si Pélée et Telamon étaient frères, que ce ne soit pas un privilège pour Ajax; ne faites pas de ces dépouilles le

prix d'un degré de parenté, mais celui du mérite; ou si vous regardez au droit du sang, il y a Pyrrhus, fils d'Achille, il y a Pélée, son père: Ajax n'a rien à demander; portez ces armes à Phthie ou à Scyros (3). Et Teucer, lui aussi, n'est-il pas le cousin d'Achille? Réclame-t-il cependant? Ose-t-il espérer cet héritage? Nos actions seules doivent peser dans la balance: les miennes sont trop nombreuses pour que je puisse aisément les embrasser toutes dans mon discours, mais l'ordre des faits me guidera.

« Pour sauver son fils de la mort prématurée prédite par les destins, Téléphus l'avait caché sous l'habillement d'une jeune fille, et la ruse avait trompé tout le monde, Ajax comme les autres. A des ornements de femme, je mêlai des armes qui devaient réveiller l'âme virile du héros; et dès que je le vis mettre la main sur le bouclier et sur la lance: « Fils d'une déesse, m'écriai-je, Troie est encore debout, elle t'attend pour tomber; suis-moi, viens renverser la superbe Iliou. » Et je m'emparai de lui, et je le forçai de vaincre. Ses exploits m'appartiennent: c'est moi qui ai renversé Téléphus; que lui ai tendu la main, lorsqu'il était vaincu et suppliant; c'est moi qui ai pris Thèbes, qui as conquis les villes d'Apollon, Lesbos, Ténédos, et Chrysès, et Cylla, et Syros; moi, dont la main a ébranlé dans leurs fondements et jeté

Ora sono; neque abest facundis gratia dictis:
« Si mea cum vestris valuissent vota, Pelasgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres;
Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille!
Quem quoniam non æqua mihi vobisque negarunt
Fata (manuque simul veluti lacrymantia tersit
Lumina), quis magno melius succedat Achilli,
Quam per quem magnus Danaï successit Achilles?
Huic modo ne prosit, quod, ut est, hebes esse videtur;
Neve mihi noceat, quod vobis semper, Achivi,
Profuit ingenium: mea que hæc facundia, si qua est,
Quæ nunc pro domino, pro vobis sæpe locuta est,
Invidia careat: bona nec sua quisque recuset.
Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco: sed enim, quia rettulit Ajax
Esse Jovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor
Jupiter est, totidemque gradus distamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi,
Jupiter huic; neque in his quisquam damnatus, et exsul.
Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas: Deus est in utroque parente.
Sed neque materno quod sum generosior ortu,
Nec mihi, quod pater est fraterni sanguinis insonus,
Proposita arma peto: meritis expendite causam.
Quomodo quod fratres Telamon, Pelæusque fuerunt,

Ajacis meritum non sit; nec sanguinis ordo,
Sed virtutis honos spoliis quaratur in istis.
Aut si proximitas, primusque requiritur hæres,
Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi;
Quis locus Ajaci? Phthiam Scyronve ferantur:
Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.
Num petit ille tamen, num sperat, ut auferat arma?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur,
Plura quidem feci, quam quæ comprehendere dictis
In promptu mihi sit; rerum tamen ordine ducar.
Præscia venturi genetrix Nereia leti
Dissimulat cultu natum; deceperat omnes,
In quibus Ajacem, sumtæ fallacia vestis.
Arma ego femineis, animum motura virilem,
Mercibus inserui: neque adhuc projecerat heros
Virgineos habitus, quum parnam hastamque tenenti,
« Nate Dea, dixi, tibi se peritura reservant
Pergama: quid dubitas ingentem evertere Trojam? »
Injecique manum, fortemque ad fortia misi.
Ergo opera illius mea sunt: ego Telephon hasta
Pugnantem domui; victum orantemque refeci.
Quod Thebæ cecidere, meum est: me credite Lesbos,
Me Tenedon, Chrysenque, et Cyllan, Apollinis urbes,
Et Syron cepisse: mea concussa putate
Procubuisse solo Lyrnesia mœnia dextra.

par terre les tours de Lyrnesse. Et pour tout dire enfin, celui qui pouvait seul vous délivrer d'Hector, je vous l'ai donné; grâce à moi, le terrible Hector a mordu la poussière. Pour les armes qui m'ont révélé Achille, je demande ces armes; vivant, il me les devait; je les réclame après sa mort. Rappelez-vous, quand l'injure d'un seul fut devenue celle de toute la Grèce, ces milliers de vaisseaux qui couvraient les rivages d'Aulis, et depuis longtemps retenus par les vents contraires ou par le calme: rappelez-vous l'impitoyable Diane demandant à Agamemnon pour se laisser fléchir le sang de sa fille innocente. Il refusait avec horreur, il maudissait les dieux, car le père vit toujours dans le roi: mais je sus manier l'âme trop aimante du père et la tourner vers l'intérêt de tous. Je le dis maintenant, et Agamemnon pardonnera cet aveu, je plaçais une cause bien difficile, et devant un juge bien partial: et pourtant je fis valoir les intérêts de la Grèce, l'honneur outragé d'un frère, l'éclat du rang suprême; il céda, il paya sa gloire de son sang. Mais la mère, ces raisons ne pouvaient rien sur son cœur; il fallait la tromper: qui fut chargé d'aller vers elle? Ce n'était pas le fils de Télémon; car la voile pendrait encore inutile à nos mâts. Quel ambassadeur audacieux porta vos plaintes dans Pergame? Je vis l'assemblée des Troyens, je parus devant elle, elle était nombreuse et imposante: sans trouble, sans

Utque alias taceam, qui sævum perdere posset
Hectora, nempe dedi: per me jacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus est inventus Achilles,
Arma peto: vivo dederam, post fata reposco.
Ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes,
Aulidaque Euboicam compleverunt mille carinæ;
Expectata diu, nulla, aut contraria classi,
Flamina sunt; duræque jubent Agamemnona sortes
Immeritam sævæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor, Divisque irascitur ipsis:
Atque in rege tamen pater est: ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti:
Nunc equidem fateor, fassoque ignoscat Atrides,
Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.
Hunc tamen utilitas populi, fratrisque, datique
Summa movet sceptri, laudem ut cum sanguine penset.
Mittor et ad matrem, quæ non hortanda, sed astu
Decipienda fuit: quo si Telamonius isset,
Orba suis essent etiamnum lintea ventis.
Mittor et Iliacas audax orator ad arces;
Visaque, et intrata est altæ mihi curia Trojæ:
Plenaque adhuc erat illa viris: interritus egi:

effroi, je plaçai la cause que la Grèce m'avait confiée; j'accusai Paris, je réclamai Hélène et ses trésors, je vis ébranlés Anténor et Priam. Mais Paris, mais ses frères, et tous les complices du rapt se contenaient à peine, et leurs mains demandaient du sang: tu l'as vu, Ménélas, et ce jour fut le premier où ton danger devint le nôtre.

« C'est un long récit que celui de tous les services rendus dans le cours de cette longue guerre par ma prudence et par mon épée. Après les premières rencontres, l'ennemi se tint longtemps renfermé dans ses murailles; la lice des combats était close: elle ne s'ouvrit qu'au bout de dix ans. Que faisais-tu cependant, toi qui ne sais que te battre? A quoi pouvais-tu servir? Moi, je dressais des embûches à l'ennemi, je fortifiais le camp, j'inspirais aux Grecs, dégoûtés d'une guerre aussi lente, la force d'attendre avec calme; j'entretenais l'abondance, j'exerçais les soldats, j'étais partout où un besoin se faisait sentir. Un jour (4), par l'ordre de Jupiter, et abusé par un songe, le chef de la Grèce ordonne l'abandon de notre pénible entreprise: la volonté de Jupiter est son excuse. Mais Ajax sans doute ne nous permettra pas de fuir avant la ruine de Pergame, il fera tout pour combattre le départ: pourquoi n'arrête-t-il pas les fugitifs? Pourquoi ne met-il pas l'épée à la main? Décide-t-il par son exemple la multitude inconstante?

Quam mihi mandarat communis Græcia, causam;
Accusoque Parin, prædamque, Helenamque reposco;
Et moveo Priamum, Priamoque Antenora junctum.
At Paris, et fratres, et qui rapuere sub illo,
Vix tenuere manus, scis hoc, Menelæe, nefandas,
Primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora est, quæ consilioque, manaque
Utiliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas, urbis se mœnibus hostes
Continuere diu; nec aperti copia Martis
Ulla fuit: decimo demum pugnavimus anno.
Quid facis interea, qui nil, nisi prælia, nosti?
Quis tuus usus erat? nam si mea facta requiris,
Hostibus insidior: fossas munimine cingo:
Consolor socios, ut longi lædia belli
Mente serant placida: doceo, quo simus alendi,
Armandive modo: mittor, quo postulat usus.
Ecce Jovis monitu, deceptus imagine somni,
Rex jubet incepti curam dimittere belli:
Ille potest auctore suam defendere causam.
Non sinat hoc Ajax, delendaque Pergama poscat,
Quodque potest, pugnet: cur non remoratur ituros?

Ce n'était pas trop pour un homme toujours si fier en paroles. Quoi! et lui aussi il fuit! Oui, Ajax, je t'ai vu, et j'en rougis pour toi, je t'ai vu tourner le dos et déployer aux vents tes voiles déshonorées. « Que faites-vous, mes amis? criai-je aux soldats; quelle folie est la vôtre? Troie va tomber, et vous voulez partir? Ne rapporterez-vous d'une guerre de dix ans que la honte? » La douleur me rendait éloquent, et ma voix eut la puissance de ramener les fugitifs. Agamemnon convoqua les chefs frappés de stupeur; Ajax lui-même n'osait ouvrir la bouche; Thersite l'avait osé, et mon bras avait châtié son insolence. Je parlai, je rendis aux Grecs la haine du nom troyen, et leur première valeur; et si depuis, Ajax, tu as pu montrer parfois quelque courage, l'honneur m'en revient de droit, car tu fuyais, et je t'ai contraint de rester. Enfin, quel est, parmi les Grecs, ton partisan, ton compagnon d'armes? Moi du moins, Diomède m'estime; il m'associe à ses dangers, il ose tout avec Ulysse pour compagnon. C'est quelque chose d'avoir été choisi par Diomède, seul parmi des milliers de Grecs: le sort ne m'avait pas désigné pour le suivre; je n'en bravais pas moins les pièges de la nuit et le fer de l'ennemi. Le Phrygien Dolon, qui osait, du côté des Troyens, tenter la même entreprise, périt de ma main, après avoir

Cur non arma capit? dat, quod vaga turba sequatur?
Non erat hoc nimium nunquam nisi magna loquenti.
Quid? quod et ipse fugis? vidi, puduitque videre,
Quum tu terga dares, inhonestaque vela parares.
Nec mora, « Quid facitis? quæ vos dementia, dixi,
Concitat, o socii, captam dimittere Trojam?
Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno? »
Talibus atque aliis, in quæ dolor ipse disertum
Fecerat, aversos profuga de classe reduxi.
Convocat Atrides socios terrore paventes:
Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam.
Ausit; at ausus erat reges incessere dictis
Thersites, etiam per me haud impune, protervis.
Erigor, et trepidos cives exhortor in hostem,
Amisamque mea virtutem voce reposco.
Tempore ab hoc, quodcumque potest fecisse videri
Fortiter iste, meum est, qui dantem terga retraxi.
Denique de Danais quis te laudatve, petitve?
At sua Tydides mecum communicat acta;
Me probat; et socio semper confidit Ulixæ.
Est aliquid, de tot Graiorum millibus unum
A Diomede legi: nec me sors ire jubebat:
Sic tamen et spreto noctisque hostisque periclo,
Ausum eadem, quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo: non ante tamen, quam cuncta coegi

parlé, et trahi tous les projets des siens. Je n'avais plus rien à savoir, ma mission était remplie, et la récompense promise bien gagnée. C'était trop peu pour moi: je pénétrai sous les tentes de Rhésus, je l'égorgeai dans son camp, lui et une foule de ses soldats, et je revins, porté comme un triomphateur, sur le char dont j'avais voulu m'emparer. Et vous me refuseriez les armes de celui dont un Troyen avait demandé les chevaux pour prix de son expédition nocturne (5)? Et Ajax serait jugé plus digne de les posséder? Rappellerai-je les Lyciens de Sarpédon, moissonnés par mon épée? Céranon, fils d'Hippasus, Alastor, Chromion, Alcandre, Halius, Noémon, Prytanis, et Chersidamas, et Thoon, et Charope tombés sous mes coups? Ennomon poussé à ma rencontre par la main de fer du destin, et tous ceux, moins connus, que mon bras a immolés sous les murs de Troie? J'ai aussi mes blessures, et la place en est glorieuse. Sans vous fier à de vaines paroles, voyez! (et il découvrait sa poitrine) là est un cœur éprouvé par un long dévouement à la Grèce. Mais Ajax, pendant dix ans de guerre, n'a pas versé pour vous une goutte de sang: son corps est sans blessure. Pourquoi vient-il se vanter d'avoir combattu pour le salut de nos vaisseaux? Il a combattu, j'en conviens; ce n'est pas à moi de nier par jalousie les services des autres: mais

Prodere, et edidici quid perfida Troja pararet.
Omnia cognoram, nec, quod specularer, habebam;
Et jam promissa poteram cum laude reverti.
Haud contentus ea, petii tentoria Rhesi,
Inque suis ipsum castris comitesque peremi:
Atque ita captivo victor votisque positus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos.
Cujus equos pretium pro nocte poposcerat hostis,
Arma negate mihi; fueritque benignior Ajax!
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
Devastata meo? cum multo sanguine fudi
Cæranon Hippasiden, Alastoraque, Chromiumque,
Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytanique,
Exitioque dedi cum Chersidamante Thoonæ,
Et Charopen, fatisque immitibus Ennomon actum;
Quique minus celebres nostra sub mœnibus urbis
Procuere manu: sunt et mihi vulnera, cives,
Ipso pulchra loco: nec vanis credite verbis:
Adspicite en! (vestemque manu deducit) et, hæc sunt
Pectora semper, ait, vestris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in socios; et habet sine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga
Arma tulisse refert contra Troasque, Jovemque?
Confiteorque, tulit: neque enim benefacta maligne 270

qu'il ne confisque pas pour lui seul le bien de tous, et qu'il laisse à chacun de vous sa part de gloire. C'est Patrocle, sous l'armure redoutée d'Achille, qui a mis en fuite les Troyens : sans lui, la flamme eût dévoré la flotte avec ses défenseurs. A l'entendre, n'a-t-il pas seul osé lutter contre le Mars troyen ? Comme si Agamemnon, et six autres chefs, et moi-même, nous n'avions pas réclamé avant lui le péril dont un caprice du sort lui laissa l'honneur. Et quelle fut l'issue de ce combat, ô très-vaillant Ajax ! Hector en est sorti sans une seule blessure (6). Malheureux ! que je souffre d'avoir à rappeler le jour où le rempart des Grecs, Achille, est tombé ! Malgré le danger, malgré ma douleur et mes larmes, je fus le premier à relever le corps du héros. Mes bras, oui, ces bras, ont porté le corps d'Achille, ainsi que ces armes que je veux porter encore aujourd'hui. J'ai des membres qui ne plieront pas sous le faix ; mon âme est faite pour sentir le prix d'un tel honneur. La déesse des mers aurait-elle sollicité en faveur de son fils le génie de Vulcain, pour avoir le don céleste, l'œuvre d'un art divin, tomber entre les mains d'un soldat ignorant et brutal ? Saurait-il reconnaître, dans les figures ciselées du bouclier, l'océan et la terre, le vaste ciel et ses étoiles, les Pléiades, les Hyades, l'Ourse qui ne se couche jamais dans la mer,

Detrectare meum est : sed nec communia solus
Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem ;
Reppulit Actorides, sub imagine tutus Achillis
Troas ab arsuris cum defensore carinis.
Ausum etiam Hectoreo solum concurrere Marti
Se putat, oblitus regisque, dumque, meique ;
Nonus in officio, et praelatus munere sortis.
Sed tamen eventus vestrae, fortissime, pugnae
Quis fuit ? Hector abijt violatus vulnere nullo.
Me miserum ! quanto cogor meminisse dolore
Temporis illius, quo Graium murus, Achilles
Procubuit ! nec me lacrymae, luctusque, timorve
Tardarunt, quin corpus humo sublime referrem.
His humeris, his, inquam, humeris ego corpus Achillis
Et simul arma tuli, quae nunc quoque ferre laboro.
Sunt mihi, quae valeant in talia pondera, vires ;
Est animus vestros certe sensurus honores.
Scilicet idcirco pro gnato caerulea mater
Ambitiosa suo fuit, ut caelestia dona,
Artis opus tanta, rudis et sine pectore miles
Indueret ? neque enim clypei calamina norit,
Oceanum et terras, cumque alto sidera caelo
Pleiadasque, Hyadasque, immunemque equoribus Arcton,

l'épée brillante d'Orion, et les nombreuses cités ? Il demande des armes dont il ne peut pénétrer le sens. Quoi ! il me reproche d'avoir fui les fatigues de la guerre, d'avoir pris une part tardive à vos travaux, et il ne sent pas que ces paroles sont un outrage à la mémoire d'Achille ? Si la ruse est un crime, ce fut le crime d'Achille comme le mien ; si le retard est une honte, j'avais pris les armes avant lui. Une tendre mère, une épouse chérie nous retenaient : le premier mouvement a été pour elles, et le second pour la Grèce. Je n'ai pas à rougir d'une faute qui m'est commune avec un héros. Et d'ailleurs l'adresse d'Ulysse a surpris Achille : Ulysse l'a-t-il été par celle d'Ajax ? Sa bouche a vomi contre moi de grossières injures ; n'en soyez pas étonnés ; ses outrages sont montés jusqu'à vous. Si Palamède est mort innocent, si son accusateur est un infâme, que dira-t-on de vous qui l'avez condamné ? Mais Palamède n'a pu repousser la preuve d'un attentat odieux et avéré : sa trahison n'était pas une chimère créée par une parole ; vous l'avez vue, vous l'avez touchée ; le prix du crime était sous vos yeux. Si Philoctète est resté à Lemnos, doit-on m'en accuser ? Défendez votre ouvrage ; car vous y avez consenti : mais c'est moi, je l'avoue, qui ai conseillé à Philoctète d'éviter les fatigues du voyage et de la guerre, de laisser à ses

Diversasque urbes, nitidumque Orionis ensem :
Postulat, ut capiat, quae non intelligit, arma.
Quid ? quod me, duri fugientem munera belli,
Arguit incepto serum accessisse labori ?
Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli ?
Si simulasse vocat crimen, simulavimus ambo :
Si mora pro culpa est, ego sum maturior illo.
Me pia detinuit conjux ; pia mater Achillem :
Primaque sunt illis data tempora ; caetera vobis.
Haud timeo, si jam nequeo defendere crimen
Cum tanto commune viro : deprensus Ulixis
Ingenio tamen ille ; at non Ajacis, Ulixes.
Neve in me stolidae convicia fundere lingua
Admiremur eum ; vobis quoque digna pudore
Objicit : an falso Palamedem crimine turpe
Accusasse mihi, vobis damnasse decorum est ?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum
Tamque patens, valuit : nec vos audistis in illo
Crimina ; vidistis, pretioque objecta patebant.
Nec Pœantiaden quod habet Vulcania Lemnos,
Esse reus merui : factum defendite vestrum
Consensistis enim ; nec me suasisse negabo
Ut se subtraheret bellique viaeque labori,

cruelles douleurs le temps de se calmer par le repos. Il m'a cru et il vit : mon conseil partait du cœur, et il a eu d'heureux résultats : mais c'est assez de l'intention pour le justifier. Si la voix des devins réserve à Philoctète la ruine d'Ilion, ne m'envoyez pas auprès de lui : il vaut mieux que ce soit le fils de Télémon. Il saura par son éloquente parole fléchir un homme fou de colère et de douleur, ou par son adresse l'attirer hors de son ancre ! Mais non : on verra le Simois reculer vers sa source, l'Ida élever une cime sans forêt, les Grecs porter secours aux Troyens, avant de voir le génie d'Ulysse rester muet dans vos besoins, et le stupide Ajax vous servir de son esprit. Les Grecs, Agamemnon, et moi surtout, tu nous abhorres, ô Philoctète ; tu me maudis sans cesse, tu dévotues ma tête aux furies ; dans le délire de la douleur, tu voudrais me tenir entre tes mains, tu as soif de mon sang. Eh bien ! tu me verras ; je braverai ta fureur, et tu seras à moi, et je te forcerai de me suivre, et la fortune aidant, je saurai aussi bien m'emparer de tes flèches, que j'ai su enlever le devin, fils de Priam, découvrir la volonté des dieux et les destinées futures d'Ilion, ravir enfin, au milieu des ennemis, la statue vénérée de la Pallas phrygienne. Et Ajax viendra se comparer à moi ! Avec le Palladium, Troie ne peut tomber : où

est l'intrépide Ajax ? Où est ce foudre de guerre avec ses grandes paroles ? Mais il a peur ; mais c'est Ulysse qui ose, dans l'ombre de la nuit, traverser les postes de l'ennemi ; au milieu de mille morts, franchir les murs de Troie ; pénétrer jusque dans la citadelle, arracher la déesse de son temple, l'enlever à travers les Troyens. Sans moi, le fils de Télémon aurait inutilement chargé son bras d'un épais bouclier. Cette nuit-là, j'ai été le vainqueur de Troie ; je l'ai vaincue en rendant possible sa défaite. Cesse de murmurer le nom de Diomède, et de le désigner du geste : oui, il a partagé ma gloire ; mais, lorsque tu couvris nos vaisseaux de ton bouclier, tu n'étais pas seul non plus ; tu avais une armée avec toi, et moi je n'ai eu qu'un homme. Si Diomède lui-même ne savait que la bravoure doit le céder à la prudence, que la vigueur du bras n'est pas le meilleur droit à ces armes, il les aurait aussi demandées ; et avec lui, l'autre Ajax, moins emporté que toi, Eurypyle, Thoas, Idoménée, Mérion, né dans la même patrie, et le plus jeune des Atrides. Mais tous ces chefs, tes égaux en courage, ont cédé le prix à mon génie ; ton bras est utile dans la mêlée, ton esprit a besoin du nôtre : force aveugle à qui manque la pensée, c'est nous qui pensons pour toi : tu sais te battre, je sais choisir, avec Agamemnon, le moment du combat ;

Tentaretque feros requie lenire dolores,
Paruit, et vivit : non hæc sententia tantum
Fida, sed et felix ; quum sit satis esse fidelem.
Quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt,
Ne mandate mihi : melius Telamonius ibit,
Eloquioque virum morbis iraque furentem
Molliet, aut aliqua producet callidus arte.
Ante retro Simois fluet, et sine frondibus Idae
Stabit, et auxilium promittet Achaia Trojae,
Quam, cessante meo pro vestris pectore rebus
Ajacis stolidi Danaï sollertia prosit.
Sis licet infestus sociis, regique, mihique,
Dure Philoctete ; licet exsecrere, meumque
Devoveas sine fine caput, cupiasque dolenti
Me tibi forte dari, nostrumque haurire cruorem,
Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri ;
Te tamen aggrediar ; mecumque reducere nitamur
Tamque tuis potiar, faveat Fortuna, sagittis,
Quam sum Dardanio, quem cepi, vate potitus ;
Quam responsa Deum, Trojanaque fata retexi,
Quam rapui Phrygiae signum penetrale Minerva
Hostibus e mediis : et se mihi comparet Ajax
Nempe capi Trojam prohibebant fata sine illis.
Fortis ubi est Ajax ? ubi sunt ingentia magni

Verba viri ? cur hic metuis ? cur audeat Ulixes
Ire per excubias et se committere nocti ?
Perque feros enses, non tantum mœnia Troam,
Verum etiam summas arces intrare, suaque
Eripere æde Deam, raptamque efferre per hostes ?
Quæ nisi fecissem, frustra Telamone creatus
Gestasset læva taurorum tergora septem.
Illa nocte mihi Trojae victoria parta est :
Pergama tum vici, quum vinci posse coepi
Desine Tydiden vultuque et murmure nobis
Ostentare meum : pars est sua laudis in illis.
Nec tu, quum socia clypeum pro classe tenebas,
Solutus eras ; tibi turba comes ; mihi contigit unus,
Qui, nisi pugnacem sciret sapiente minorem
Esse, nec indomita deberi præmia dextra,
Ipse quoque hæc peteret : peteret moderatio Ajax,
Eurypylusque ferox, claroque Andromone natus ;
Nec minus Idomeneus, patriaque creatus eadem
Meriones ; peteret majoris frater Atridae
Quippe manu fortes ; nec sunt tibi Marte secundi,
Consiliis cessere meis : tibi dextera bello
Utilis ; ingenium est, quod eget moderamine nostri.
Tu vires sine mente geris ; mihi cura futuri est
Tu pugnare potes ; pugnandi tempora mecum